



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Eckivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## COLLAT I O XXVI.

gratiarum actionis memoriam, sicuti fieri iussit dominus in  
sua cœna, Hoc facite in meam commemorationem.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe ihesu Christe, Amen. Ad inductionem  
duo & dictorum ex epistola Pauli ad Heb. contra missam breui-  
ter respondeo. Scripturas scire, non est scire literas, sed rectum  
& uerum intellectum, quæ ut plane accipi amptus, sedens duplex  
esse Christi sacrificium. Num per mortem eius super altare san-  
cte crucis, & hoc non est sacramentum, sed per hoc omnia sa-  
cramenta, sed & ipsa missa efficaciam habent & uirtutem redem-  
ptionem mundi, & cœlorum apertione, sicut uerum est, non nisi  
semel oblatum Christum, sic & Paulus loquitur. Secunda oblatio  
spiritualis est, in qua Deo patri prima oblatio seu sacrificium  
primum denudo represtat cum uenerabili sacramento in offi-  
cio missæ. Quum aut pars aduersa maiorem partem fundamen-  
ti in hanc epistolam locet, in qua adhuc plura dicta consimilis  
tenoris reperiuntur, scripturis probabo data response esse  
ueram. Antiqua est regula tractandi scripturas, uerbore in-  
tellectum acceperandum ex causa dictorum. Lectores igit huius epi-  
stolæ, si hoc fecissent, hic contra missam error non exsurrexit  
*Ecclœpsis epistole ad Hebreos*

set. Paulus inq[ue] hanc epistolam contra Iudæos scripsit ex hac  
causa, quod eos in uera fide instrueret, ideoque ab initio proponit Ihesum uerum esse Messiam, filium dei in lege promissum,  
omnes creature excellentem. Sequenter in vii. cap. & alijs  
sequentibus declarat Paulus nouum testamentum, legem, sacer-  
dotium, & sacrificium in Christo Ihesu esse finita, quare extoto  
mens non fuit, quemadmodum prædicans Bernensis intellectus  
Paulum ibi loqui de sacramentis & ceremonijs Christianæ ecclœ-  
siae, loquutus enim est dumtaxat de triplici eiusdem ecclœ-  
siae renouatione, & uero fundamento, in quo fides nostra sta-  
bilis. Haec autem Christus sunt & eius officium sacerdotale in cruce,  
a quo sacramenta suâ accipiunt efficaciam & uirtutem. Et si  
igit diuus Augustinus etiam & hanc response expresse de-  
derit,

## CONCLVSION SECUNDA.

derit, & fortasse pars aduersa eius non acceptet, eam respon-  
sione adhuc firmius scripturis probabo. In scripturis namqe  
differenter & cum discretione nominat oblatio sine sacrificio <sup>ob</sup>  
morte factu, hebraice zebah, quod interpretari posset sacrificio  
fictum occisum seu victimam, oblatio vero sine morte facta in  
scripturis multa appellat hebraice, & quod huiusmodi ob-  
latio sine morte iugis in ecclesia futura sit & esse debeat, usqe  
ad antichristi tempora, spiritus sanctus ecclesiae sanctae Dei  
manifestauit per Danieli xij. capite, ubi sic dicit. Et impij  
agent impie, neqe intelligent omnes impij. Porro docti intel-  
ligent, & a tempore cum ablatu fuerit iuge sacrificii, & depo-  
sita fuerit desolatio, in abominatione dies mille ducenti no-  
naginta. Ex his uerbis claru est, iuge (quod hebraice tamid  
interpretat) sacrificiu in ecclesia esse, quod totide diebus in  
temporibus antichristi cessabit, quare ex hoc notu est, omnes  
missam abrogare uolentes, sed & sacrificiu esse negantes secundum  
Danielis uerba, praecursors sunt, parantes viam antichristo,  
sicut & imaginu expugnatores ex his uerbis. Nam ecclesiæ in  
quibus residet abominatione antichristi desolabuntur, quod  
super imaginu ablaciones, diuinorum officiorum, & aliorum quæ  
ad decorum sunt in ecclesia. Quumqe Pauli spiritus Danielis  
spiritu in noua uerseatur, unicus est enim spiritus sanctus, ne-  
cessario Pauli uerbas sic erunt (ut dixi) intelligenda.

### PRAEDICANS BERNEN.

Via principio D. Eckius suum sermonem inducit non suf-  
ficere literas scripturarum scire, sed rectum intellectum & ue-  
rum earundem unam ad portans distinctionem de duplicitate  
sacrificio Christi, unam quæ in cruce per mortem completa est,  
altera spiritualis est, quum Deo patri primum sacrificium denuo  
reiterat & representat, atque sacramento significat. Hunc sa-  
crificiū modū (sicut sacrificio uti scriptura) quum Christi  
sacrificium inducit, adhuc probatum non intellexi. Vbi enim de  
sacrificio corporis Christi in epistola ad Hebr. mentio fit, est

R. iii

Sacrificij duplicitatis  
men.